

S. Ioannis Euangelistæ.

62

est positus & in exilium missus; 5. venenum bibit; 6. in mansuetudine tribulationes sustinuit & de ipsis Deo gratias reddidit; 7. fornax Spiritus sancti fuit, non tantum à Deo dilectus sed & Deum diligens; 8. redolentiam charitatis habuit bona amando & agendo; 9. mansuetudinis, mala cùm gratiarum adiunctione sustinendo, &c. in proprio de sanctis. serm. 16. a pag. 29. ad pag. 31.

Item, eiusdem sermo secundus unde supra ex Ecclesiastic. cap. 25. *Beatus qui ingenit amicum veram*, in his verbis tres veritates elucidantur. I. In hoc mundo verus amicus non inuenitur quia cum qui sibi nequam nulli alij bonus esse possit, nec alij diligere valeat seipsum non diligendo, mundus sibi & nequam & odiosus nulli amicus poterit esse. II. Christus verus est amicus quia semper tempore aduersitatis viuentes & morientes amat. III. S. Ioannes Christum dilexit verè omnia pro ipso relinquendo, inuenis ad eius societatem veniendo, in cordis & carnis puritate simul vivendo, multum amando. Ex proprio sanctorum, serm. 17. a pag. 31. ad pag. 32.

S. IOANNIS THAVERI sermo in illud: *Hic est discipulus ille quem diligebat Iesu. Iohann. vi. 1.* Initio docet quosdam à Deo specialius diligi, vi Iohannes Apostolus II. Ut dilecti discipuli simus, hor-tatur; & id nos consequi posse. 1. per perfectam mortificationem & resignationem. 2. Si omnia suscipimus de manu Domini, quotidie dicentes: fiat voluntas tua. III. Occasione data ostendit nihil nisi magnum & optimum à Deo in nos deriari: & quæ meliora sunt numerosiora esse. IV. Rationem reddit cur sc̄p̄ ita non sentiamus. V. quod Deus difficultia non præcipit cum vult diligi proximos ut nosmetipſos. VI. Si im aliiquid querentes Deum inuenire non posse. Apag. 537. vñque ad 540. hic sermo ceterus ē d. Ecclasiſenioris.

S. LAURENTII IUSTINIANI sermo in solemnitate S. Ioannis Euangelistæ. Imprimis hominis in lege innocentia, & in peccato statim paucis

A declarat, exinde animam quæ expectati fôrdibus ad pristinum originalis puritatis reformare decorem nititur, laudibus effert. Huius puritatis ac munditiae complemetum in B. Ioanne agnoscit & demonstrat, qui ad Apostolatus apicem assumptus, præ ceteris a Christo dilectus, filius Virginis dictus felicique morte donatus puritatem puerilis orationis ad senium usque seruavit illasam. Denique ad reformatiōrem similitudinis Dei munditiam ac veram libertatem fideles prouocat, & S. Euangelista doctrinam & merita, ut decet, extollit. Par. 2. sermone 3. de sc. pag. 608. & sequentibus.

* **R A D V L P H I A R D E N T I S H O M I L I A** ex his Epist. qui timeret Deum faciet bona, &c. quam in duas distinguit partes. Primâ. Per quævera scientia habeatur inquirit, & dicit acquiriri per timorem, Dei iustitiam, Dei gratiam. Secundâ. Decem dona quæ adepta sapientia suis confert aluminis enumerantur quorum septem dat in hac vitâ, tria vero in futurâ. 1. est cibis non corporalis sed anima, 2. potuſ anima, 3. fortitudo tolerandi patienter persecutions & miseriaſ humanas, 4. continentia, 5. prælatio, 6. prædicatio, 7. adimpletio spiritus sapientia & intellectus. Tria quæ sequuntur confert in alterâ vitâ, 8. gloriam gloriae immortalitatis & anima & corporis, 9. gaudium ineffabile quo Deus repletus sanctos in æternum, 10. honorem æternum. a fol. 15. pag. 2. ad fol. 18. pag. 2.

Eiusdem, homilia de S. Ioanne Euangelista in Euangeli. cuius verbis de tribus nos instruit, scilicet Dominū significasse quæ morte Petrus eum esset clarificaturus sc̄ crucis supplicio amore suscepit. Item notasse quæ morte Iohannes Euangelista ab hac vitâ migraturus esset cum Petro de eius morte quæren- tia itat sc̄ eum volo manere donec veniam, id est, post mortem omnium Apostolorum volo eum viuere in carne, donec ego eam visitem, & placidâ morte ad cœlestia eum transferam: Iohannem suam personam ad uitilitatem sequentium commendasse ex tribus: ex priuilegio